ipse cu iudicio iurato terre Culmensis, in qua bona
illa controversa sita sunt, in rem presentem veni
re feria sexta proxima ante dnicam Iudica instan
tem, si erit comodum, vel si dnus Castellanus Gda
nensis ad eam diem ex iusta causa adesse no pot
erit, aliudve iustu impedimentu intervenerit, differetur
terminus de scientia et consensu utriusqz partis mutuo
ad feriam secundam post dnicam conductus Pa
schae subsequentem. Quod si tunc etiam supra dictus
d. Castellanus Gdanensis propter aliquod impedi
mentu ei negocio interesse non posset, partes ipse
consensu mutuo sine longiori dilatione aliam
diem inter se constituent, ~~eam~~ et in re presente
sive in loco controversiae, uti premissu est, iudiciu
iuratu educent, et coram eo unius vel duoru
et ipsis scabinis iuratis absentia no obstante. Ipse per se, vel per necessa
rios sive procuratores legitimos compositi ac
sine strepitu et turba comparebunt, atqz ita
simpliciter ac de plano, et sine ullis dilationibus et exceptionibus disceptata modeste et secundu ius patrie contro
versa in petitorio simul et in possessorio, iusto
~~appellatione sublata~~ et legitimo simplicem iudicii decreto terminabitur. Ad quod iudi
cium ego proc. palatinus Culmensis supra nomina
tus ipsis partibus petentibus operam et presiden
et quatenus iustu aliquod impedimentu no interesset. tiam meam defero. Quod aut attinet ad con
cultata et amota utrinqz ano superiori mense

Jan. 1554.

p. Vladislavien. dioecesis

Nos Stanislaus Dei gratia Episcopus, Eggerdus a Kempen Decanus, Eustathius
a Knobelsdorf Custos ceterique Canonici et Capitulum Ecclesiae Varmiensis omni-
bus ad quos presentes nostrae litterae pervenerint, notum facimus et attestamur,
Quod cum nuper Canonicatus et prebenda, dictae Ecclesiae Varmiensis per obi-
tum quondam Mathiae Tueskij ipsius Ecclesiae dum viveret Canonici nu-
per defuncti vacaverint, et vacent ad presens. Nos ad electionem
Canonicam iuxta morem et consuetudinem dictae Ecclesiae nostrae proceden-
tes, vocatis ad id omnibus qui fuerant evocandi, predictos sic vacan-
tes Canonicatum et prebendam, quorum collatio, provisio, et omnimoda
dispositio ad nos coniunctim ad presens pertinere dinoscitur, cum omnibus
suis iuribus et pertinentijs ac plenitudine iuris Canonici Venerabili
in Christo nobis dilecto Joanni Leomann Ecclesiae ~~Canonico~~ Lubicensis Cano-
nico, et nostro Episcopi Varmiensis Cancellario, nobis de litterarum scientia
et vitae honestate commendato ad ipsum Canonicatum Canonice et Una-
nimiter electo, auctoritate nostra ordinaria in titulum perpetui benefi-
cij Ecclesiastici contulimus, ac de ijs etiam providimus, prout con-
ferimus et providemus per presentes, recipientes ipsum Joannem in
Canonicum et fratrem, ac ad dictam prebendam eum admittentes, ac
decernentes, eum vel procuratorem suum, ipsius ~~primo~~ realem et ac-
tualem possessionem ipsius Canonicatus et prebendae iuriumque et
pertinentiarum omnium eorundem recipiendum et inducendum fore, stallo
sibi in choro et loco in Capitulo cum plenitudine Juris Canonici assigna-
tis, sibique de fructibus, redditibus, et proventibus omnibus ipsorum Ca-
nonicatus et prebendae per eos ad quos pertinet integre respondendum
fore, prout et responderi mandamus, dummodo tamen prius ipse Jo-
annes personaliter quam primum ad Ecclesiam ipsam accesserit, vel ab-
sens per procuratorem suum specialiter ad id constitutum de obser-
vandis ipsius Ecclesiae et Capituli statutis et consuetudinibus Solemne
prestet iuramentum. In cuius fidem et testimonium has litteras fieri
utriusque Episcopatus et adiuncti Capitularis maiorum Sigillorum appensio-
ne iussimus communiri. Datum et actum in loco nostro Capitulari apud dic-
tam Ecclesiam Cathedralem Varmiensem, nobis ad sonum campanae
capitulariter congregatis. Anno Domini M D Liiij die xx mensis
Januarij

8

6